



7716

DISSERTATIO II.
DE SVCCESIONE PACTITIA
AD
DECISION. ELECTORAL. XIII.

DE ANNO 1746.

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV
PRAE S I D E
D. HENR. GODOFREDO BAVERO
PANDECTT. ANTECESS. O. RELL.
IN AVDITORIO ICTORVM
D. XXVIII. SEPTEMBER. A. C. CCLXXI.
AD DISCEPTANDVM PROPONIT
ERNESTVS DAVIDES HELM
HETTSTAEDT. MANSFELD.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA



D 1 2 2 E R I T A T I O N E
T E M P L U S S I O N A P A C T I A

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

D I C T I O N A R Y T H E O R Y T H E

Q. D. B. V.
DE PACTIS SVCCESSORIIS
AD DECISION. SAXON. XIII. D. A. 1746.
COMMENT. II.



De iis, quae ad illustrandam legem nostram pertinere videntur, sinebat nuper instituti ratio pauca tantum delibare, adeoque, ne opusculum nimis multilum relinquam, datamque fidem ut liberem, coeptam rem continuabo.

§. I.

De numero testium, aliae solennitate, non opus *Quaseritur an*
pactum suc-
erat, quicquam adiicere. At verba, quibus vritur Legis-cessorium sit
lator, auf den Todesfall, dicis, indicare mortis causa do-
sinile m. c.
nationem, adeoque aut quinque testium praesentiam,
donationis.
vel, si pactio super bonis omnibus instituta sit, iuxta *Constit. I. P. III.* insinuationem iudicio factam desiderare, aut, quia non debet minus licere, cui plus licet, nobis persuadere, sublatam esse hac lege quinque testium ad mortis causa donationem rogationis, actusue legitimi, necessitatem. Videlicet, pactum supponere ius, vel in omnia bona, vel quotam eius, insignem certe partem succedendi, alteri pacto tributum, et esse in vulgus notum, dohationem Romanis mortis causa dictam a nostris appellari *die Schenkung auf den Todesfall.* His omnibus effici, pactum successorum esse mortis causa donationem, eandemque, propter obiecti, in quo versetur, grauitatem, ista Romanis visitata, praestantiores.

§. II.

Habent haec, fator, aliquam veritatis speciem. *Quod negatur.*
Præter speciem nihil. In incongrua mortis causa do-
nationis versione per verba *auf den Todesfall la-*
ter

IV

ter rei fallacia. Ethimologia pariter, atque ipsius rei natura, loquuntur, longe rectius facturos fuisse nostros. si istud mortis causa notassent verbis des *Todes halber*, dum nouimus, posse sic inter viuos donari, ut rei donatae dominium ab herede demum donantis in donatarium transferatur. Ex quo intelligimus, dominii transitum ex donantis morte demum contingentem differentiam specificam inter mortis causa et inter viuos donationem haud constituere.

§. III.

Pacti successori notio constituitur.

Vt de his omnibus rite, et rei subiectae accommodate, iudicare valeamus, distinguere debemus notiones pacti successorii, donationis inter viuos, atque donationis mortis causa. Istius descriptionem in §pho Ima dedi. Modo notes, fieri etiam posse, ut dominii rei singularis, vel quantitatis, alteri promittatur successio. Cuiusmodi successorium pactum, in primis frequens et conspicuum, in feudis vasallum et simulanee inuestitos intercedit. Vnumque, quia successiōnem petit, vniuersale pariter, atque particulare, dominium rei subiectae ex promittentis morte demum stipulanti tribuit. Ipso iure, an, praevia heredis praestatione, postea videbimus. Nec vniuersale, omnium bonorum, vel partis quotaē successio debeatur, promittentem alienandi facultate exuit, quia vniuersitas minui et augeri patitur, ob eamque rem promissor non, quod iam haber, sed, quod aliquando in mortis articulo habitus est, intelligitur promisisse. Singulare contra, nisi res post mortem promissa rerum vniuersitatem constituant, quippe quae non minus incrementa ac decrementa admittit, promissionem, rem promissam haud iri alienatum, quippe ex alienatione promissio effectu destitueretur, natura sua inuoluit.

§. IV.



§. IV.

Pactum nostrum, si vniuersaliter conceptum est, *Eius diserit
men a m. c.
donatione.* omniumque bonorum donatio mortis causa facta, id commune habent, ut vtrumque negotium successionem in omnia bona, excluso penitus herede legitimo, efficiat, *conf. Conf. Elec. Sax. I. Part. II.* liberam deinde inter viuos super rebus singularibus disponendi facultatem non adimat, illud, ex modo adiecta ratione, hoc, quoniam poenitendi licentiam donanti saluam relinquit. Quam ob rem ipsa bona, in ynitierum, vel specificice, donata, diserte donatario adimere, factum, quod ademptionem inferat, mortis causa aequa, ac inter viuos, committere donanti licet. Quae omnia in successorio pacto vidimus exulare. Caeterum donatio mortis causa rei donatae traditionem donatario factam non, ut nostrum, respuit. Habitoque ad externam formam respectu, in vulgus notum est, mortis causa donationem quinque testium praesentiam exigere. Eandemque, si vniuersalis est, modo cit. *Conf. Electoral. Sax. I. Part. II.* iubet, coram iudice peragi. Nostrum contra, quum forma sine lege nulla sit, praeter ea, quae circa fundos et nomina, ad excludendam promittentis alienationem, exiguntur, nihil requirit. Nec duorum, vel trium testium praesentia ex *Conflit. Elec. Sax. XLIII. p. II.* videri necessaria debet, quae rei probandae, non constituenda solennitas, causa testes nominat, et consilium his verbis, non legem, continet, ut monet *LEYSER. ad Pandect. Spec. CCCVIII. Med. XII.* et ipse Serenissimus LLator nostra Decif. dum testium mentionem omnino nullam facit, tacite confirmat.

§. V.

Inter viuos donatio, qua id agitur, ut, recepta *Pactum suc-
cessorium est
species dona-
ceptio-* donanti, donec vixerit, possessione, et fructuum per-



*tionis inter
vias.*

ceptione, ius perfectum et irreuocabile in re donata, post mortem donatoris demum consecuturus dominium donatarius nascatur, a pacto successorio quemadmodum differat, minus expeditum est. Scimus enim, posse in hunc modum donationem fieri, l. 35. §. 5. C. d. *Donatt.* Et prout exceptio pacti, vel, si malis, dolimali, stipulanti obstat, qui promissa successionē, rei traditionem, viuo promittente, petit, donatario in proposita specie non minus obstat. Neque existimandum est, alio quodam iure donatarium p̄ae successore gaudere, ut ne fructuariam quidem cautionem postulare valeat l. 62. D. d. *Aedit.* v. MENKEN. ad *Pandectt.* Lib. VII. Tit. IX. §. 3. Fateor, inter haec duo me plane nullum discrimen inuenire, ut potius existimem, nostrum negotium dictione donationis, in hunc modum conceptae, apte definiri.

§. VI.

*An exigit, s.
res donata
quingentos
solidos exce-
dat, insinua-
tionem iudi-
cialem.*

Quod si donationem in proposita specie pacientes fuerint professi, et res donata quingentos solidos excedat, scire interest, iudicialis insinuationis necessitas subsit, an minus? Qua de re sic equidem statuo, videndum esse, res simul donatario tradita, ab eoque capiendorum fructuum causa recepta fuerit, vel certe, breuis manus traditionem interuenisse, ex instrumento in rei probationem consecuto pateat, an minus. Si prius, quoniam leges Saxonicae donationem ac traditionem ex liberalitate factam unum idemque intelligunt, quod mihi video ex Part. II. Conf. XII. §. 5. verb. *So soll gleichgegestalt auch die Uebergabe der Stamm Güther etc. rubro Conf. XIII. ac XIV. nec non Part. III. Conf. I. vt et imprimis ex rubro Decif. XXII. ac Decif. XXVI. posse colligere, existimo, insinuationem iudicialem, ob generalita-*

ralitatem l. 36. C. d. Donatt. cit. Conf. XII. ac Decis. XXVI.
 quae leges ob reseruationem ususfructus hancce necessita-
 tem non remittunt, formam rei constituere. Sin poste-
 rius, quia rei potius, quam verborum, quibus expri-
 mitur, habenda est ratio, firmitatem negotii ex nostra
 Decisione iudicandam esse, certum habeo. Adeoque usum
 verbi donationis, si tale negotium subest, quale in §pho
 Vta proposui, pacti successorii notionem non tollere, ut
 potius, nisi traditio fuerit subsecuta, vel iure intelligenda
 sit, rei successio potius alteri tributa, quam res ipsa dona-
 ta esse, videatur. Si quis forte, quod exemplo sit, dix-
 erit, hanc rem tibi dono, ut post mortem meam eam
 teneas, mihiique succedas.

§. VII.

Facta omnium bonorum donatione, quae ex *Differentia*
promittentis morte demum exitum inueniat, an ver. *omnium bonorum donationis inter*
ingrediatur, dispiciamus. Eiusmodi donationes ex iure *nis a pacto*
Romanico admittere, secundum ea, quae in l. 17. §. 1. D. successorio,
quae in fraud. Creditt. l. 35. §. 4. C. d. Donatt. et l. 8. C. d.
reuuocand. Donatt. continentur, nequaquam dubito. Esse
vero eiusmodi liberalitates ad ea bona, quae tum tempo-
ris donatoris propria sunt, redigenda, praeterea, quod
Romani pactum super hereditate l. 61. D. d. V. O. bonis
moribus aduersari opinabantur, §. 5. cit. l. 35. C. d. Do-
natt. innuit. Igitur secundum dogmata huius iuris nec
eiusmodi donatio, etsi nominata sint omnia bona,
transferendi vniuersalis dominii modum constituit. Id
potius efficit, ut vel statim, confecto inuentario, ad certum
redigatur, quid quantumque donationi insit, vel, mortuo
tandem donatore, quae tempore donationis factae in bonis
donantis fuerint, donatarius probet, et vel ab eius herede
condicat, vel, si iure subsecuta esse traditio intelligenda sit, ab
ipso

VIII

107.

ipso, aliisque possessore, vindicet, v. C A R Z O V P. H. Conf.

XII. def. 26. seq.

§. VIII.

*Iure nostro
nulla est.*

Contra nostro iure, quo, super hereditate pacisci, turpe non habetur, quo verba communia, comprehendentia bonorum vniuersitatem, heredis institutionem inferunt, v. Conf. IX. part. III. quo denique eius, in quem a viuo vniuersitas facti transfertur, quaecunque vel accrescunt, vel decrebunt, lucro damnoque cedunt, aliter statuendum esse, censeo. Nimirum, qui omnia sua bona alteri se donare profitetur, tum demum, si praesentia nominat, quae postea quaesuerit, in heredem transmittere; Sin omnia sua bona sic donat, vt, se mortuo, donatarius ea capiat, quanquam successionem ne verbo quidem nominauit, neque iudicem pacti certiorem fecit, certum habeo, stipulatorem, vel promissi acceptatorem, successorem heredemque suum efficere.

§. IX.

*De differentia
inter donatio-
nem et pactum
successorium.*

Ex praemissis hanc inter pactum successorium atque donationem constitutio differentiam. Hanc illud tanquam speciem complesti. Este videlicet pactum nostrum donationem certis limitibus circumscriptam, et in conuentiōnis finibus subsistentem. Donationem, nisi alia mens pacientium appareat, id sua natura agere, vt statim dominium in donatarium transeat, quin sola donatione reseruato donanti usufructu, dominii transiit per fictionem iuris efficiat, l. 35. §. 5. C. d. *Donatt.* qualis ex pacto successorio, viuente eo, cui succeditur, contingere non potest. Caeterum, iure nostro donatione non minus, atque pacto super successione inito, posse pariter vniueriae substantiae dominium, ac speciei, in alterum deuolui. Quae de effectis successorii pacti videntur monenda esse, prima mihi data occasione, adiiciam.

T A N T V M.

ULB Halle
008 558 760

3



WORP



1771,6.

D I S S E R T A T I O N I I .
D E S V C C E S S I O N E P A C T I T I A
A D
D E C I S I O N . E L E C T O R A L . X I I I .
D E A N N O 1 7 4 6 .

Q V A M
I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S
C O N S E N S V
P R A E S I D E
D . H E N R . G O D O F R E D O B A V E R O

